

Multa atque præclara olim in dijudicandis hominum  
moribus atque ingeniis Sermoni tribuere Veteres. Democritus  
Sermonem ἐιδωλον τὸ Βίον, vitæ simulacrum ac quandam velut  
umbram esse dicebat. Qvâ qvidem sententiâ nihil verius po-  
tuisse dici autumat Laertius. Nullo enim in speculo, ait,  
melius expressiusque relucet figura Corporis, quam in sermo-  
ne pectoris imago repræsentatur. Mirum hinc videbatur  
Diogeni, quod, cum ollam aut operculum non emerent homi-  
nes, nisi pulsu aut tinnitu exploratum, in emendo homine solo  
conspictu essent contenti; siqvidem homo nullâ ex re aperti-  
us cognosci posset, quam ex oratione. Qvum dives quidam  
filium Adolescentem ad Socratem misisset, t indeolem illius  
inspiceret, ac paedagogus diceret: Pater ad Te, ô Socrates, mi-  
set filium, ut eum vides. Tum Socrates ad puerum, Loquere igi-  
tar, inquit, ut te videam. Nec aliter hodie Physiognomi senti-  
unt de loqua. Stabilis his magnanimum: velox & gracilis,  
improbum, stolidum & mendaceum: tarda verecundum: remis-  
sa pacatum & mitem &c. notat. Sed rectissime B. Sperlingi,  
ea quidem probabilitatem habere, non necessitatem judicat;  
fortiusque præbere de corporis, quam mentis temperie  
argumentum. Ita finimus, DEO dicentes

Δόξαι ήγη Αἴγαος.

